

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tvllii Ciceronis Opera Omnia

Cicero, Marcus Tullius

Basileæ, MDCLXXXII

Liber primus

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1133)

existimem: sed ita, ut intelligat se opinari, sciatque nihil esse, quod comprehendit, & percipi potest: per $\epsilon\pi\omega\chi\eta\iota$ illam omnium rerum comprobans, illi alteri sententia: nihil esse, quod percipi possit, vehementer assentior. (n) Habeo, inquam, sententiam tuam, nec eam admo-

dum asperror. Sed tibi quid tandem videtur, Hortensi? (o) Tum ille ridens; 3 Tollendum. (p) Teneo te, inquam, nam ista Academia est propria sententia. (q) Ita sermone confecto, Catulus remansit; nos ad naviculas nostras descendimus.

1. Sed ita ut intelligat se opinari, sciatque. Hæc est lectio recepta. à quo abire Vict. ediditque, ut si intelligat & verò Pal. sec. longius adhuc secedit à vulgatis, habetque: sed ita ut si intelligens opinarique, sciatque.
2. Puffi per $\epsilon\pi\omega\chi\eta\iota$ illam, &c. Turn. l. xvi. Advers. c. 18. emendam

puffi per $\epsilon\pi\omega\chi\eta\iota$ illam, &c. P. Man. puffi: quare $\epsilon\pi\omega\chi\eta\iota$ Lambin. puffi: $\epsilon\pi\omega\chi\eta\iota$ enim illam. &c. nro nostri nihil variant.
3. Tollendum. Sic Pall. & S. V. & Lamb. edidit. Tollendum, mallem ego tollendum.

M. TULLII CICERONIS
DE
FINIBUS
BONORUM ET MALORUM,
AD
BRUTVM,
LIBER PRIMVS.

SYNOPSIS.

a Philosophiam Latinam etiam lingua non minus ac Græca commodè tractari. In illa philosophia tractatione hoc potissimum quarè dignum: Quis sit finis, quod extremum, quod ultimum, quò sint omnia bene vivendi, recteque faciendi consilia referenda: quid sequatur natura ut summum ex rebus expetendis: quid fugiat ut extremum malorum: b. c. d. e. Epicurum quod atomos inducat, de forma nihil disserat: De atomorum motu, concussione, adhesionem, declinationem, puerilia multa adferat. Solem etiam magnitudine deat, quæ sit, vel paulo maiore aut minore. Quod cum Democrito introduceat visa & imagines: quæ idola nominat) quarum incussione videamus & cogitemus. Inquisitionem seu $\delta\omega\kappa\alpha\iota\sigma$ mundos innumerabiles, qui & oriuntur & intereant quotidie. In secunda philosophia parte (quæ & $\lambda\omicron\gamma\omega\chi\eta$) inermem & nudum esse Epicurum, qui definitiones tollat: nihil de dividendo, partimonia referre ad voluptatem capiendam, & dolorem fugiendum. h. ad s. Tum Tiquatius, pro Epicuro Ethicis disputans, Epicuro videtur summum bonum esse id, ad quod omnia referri oporteret, ipsum verò nunquam voluptatem ab eo constitui summum bonum: dolorem, summum malum. Ideo peritici, quod omne animal simul atque natum sit, nondum depravata ipsius natura voluptatem appetat, eaque gaudeat, dolorem asperratur, ut summum malum. Id à natura & sensibus, imò & ratione ipsa concludi. Hoc autem qui de voluptate non idem sentiunt, quod Epicurus, eo facta quod à voluptatibus dolor plerumque sit, cum recte voluptate uti nesciant. Sapientem, pro tempore reserere quasdam voluptates: ut majores consequatur: perferre è contrario quosdam dolores, ut asperiores repellat. Ita Torquatum (à quo virtus sit) labores perulisse, ut laudem voluptate perfrueretur: & filium morte multasse, ut dolore suo ea voluptate omiffa, sanciret militari imperi disciplina, hoc est, ut ille minimo dolore majorem evitaret. Omni verò dolore carere, ex eo etiam summum bonum videri, quod qui animo & corpore prosperis fruatur voluptatibus, sic ut neque divinum munien horreat, nullo dolore nec impediante, nec impendente. Iste beatus ducendus: qui contra patitur, miser. Appetendi, refugiendi, agendi iustia aut à voluptate, aut à dolore proficifis: ad illa duo referri omnia. Summum igitur bonum esse, jucunde vivere. At enim sunt qui in virtute summum bonum constiituunt, male: neque enim virtutes quis expetit, nisi ut voluptatem efficiant. Epicurum eam voluptatem probare, ad quam sapientia perveniat: quæ una massiam, errorem, infestiam, nutum, formidinem cupiditates denique omnes, ad, à, in, oras, disticta, bella, seditiones, quibus vita misera efficitur, tollat: fortitane in partem ferre doceat, quietem & tranquillitatem pariat. Hinc constare sapientiam, temperantiam, fortitudinem, iustitiam, omnes denique virtutes: sed & honorem ipsum summum bonum non esse, cum propter aliquid, hoc est, ut munditiam plurimum afferat & ut jucunde vivatur experiantur. Itaque summum bonum aliud nihil esse, quam cum voluptate vivere, voluptatem quidem ex corpore oriri, & ad corpus referri: sed animi multo majorem esse, quod cum animus prætorum & futuræ perspicit, instantem voluptatem majorem reddat. Qui hinc & quidem maximam animi & corporis voluptatibus, nunc animi dolore vacent, perfruantur, Epicuro beatos videri, & tamen ut jucunde vivi non potest, nisi sapienter, honestè, & iuste vivatur: ita, nec sapienter, honestè, iuste, nisi jucunde. Civitatem in seditione: domum in discordia beatam

beatam non dicit: neque vitam beatam, in maximis vel corporis, vel animi morbis. Igitur neque stultorum quendam in tantis morbis: neque sapientum in tanta voluptate, non beatum. Stoicorum minus commode summum bonum in honestate, cui virtus inhiatur, quae seipsa sit contenta, colligere. Ab Epicuro sapientem, beatum semper iudicari: qui finitas habet cupiditates, mortem negligat, de diu immortalibus sine ullo metu vera sentiat, qui non dubit. 2. si a secessu de vita migrare qui hu rebus instructus semper in voluptate sit, qui praeterita graue meminerit, praesentibus iucunde potiar, non pendet ex futuris, qui a vitis animi al sit longissime, qui stultorum vitam suam anteponeat, fruatur summa voluptate, qui in doloribus sapiens plus habeat, quod gaudeat, quam quod angatur: In de exigua fortunam inuenit sapienti. Et in Ethicis Epicurum superiora sentire ac loqui. In Dialectica autem nullam vim ad beatè viuendum potere. In Phylis cognita rerum natura levari horumem superstitione, mortis metum, rerum ignorantiam, formidinem, moratum melius esse, cum didicit quae natura desideret: eaque faciat, quae ipse Epicurus tradidit, libro, quem Canonis & regulam scripsit. Id omne quod animo ceruimus, a sensibus oriri: ex quibus veritas, scientia & ratio vita degenda oriatur. ex eaque sit illud contra mortis timorem, constantia contra metum religionis, sedatio cupiditatum comparetur. His adiciendum, quod de amicitia Epicurus dixit, Amicitia nihil iucundius, eorum quae ad beatè viuendum conferant, hoc est, quod amicitiam, fauorem voluptatis esse voluit,



ON eram nefcius, Brute, ciue, quae summis ingenis, ex qua itaque doctrina philosophi Graeci sermone tractauit, ut ea Latinis litteris mandarem, fore, ut hic nos labor in varias reprehensiones incureret. nam quibusdam & iis quidem non admodum indoctis, totum hoc displicet, *philosophiam*. quidam autem non id tam reprehendunt, si remissius agatur: sed tantum studium, tamque multam operam ponendam in eo non arbitrantur. Etunt etiam, & hi quidem eruditi Graeci litteris, contemnentes Latinas, qui se dicant in Graecis legentem operam male consumere. Postremo aliquos futuros suspicor, qui me ad alias litteras vocent: genus hoc scribendi, eth sit elegans, per se tamen & dignitatis esse negent. Contra quos omnes dicendum breuiter existimo, quamquam philosophiae quidem vituperatoribus satis responsum est eo libro, quo à nobis philosophia defensa, & collaudata est, cum esset accusata, & vituperata ab Hortensio, qui liber cum & tibi probatus videretur, & iis, quos ego posse iudicare arbitraret, plura suscepi, verius ne mouere hominum studia videret, retinere non posse. Qui autem si maxime hoc placeat, moderatius tamen id voluit fieri, difficilem quandam temperantiam postulant in eo: quod semel iam missam, coerceri, reprimique non potest: ut prope modum iustioribus utamur illis, qui omnino a vocent à philosophia, quam iis, qui rebus inuisis modum constituunt: in reque eo meliore, quo maior sit, mediocritatem desiderent. Si vero nunc ad sapientiam perveniri potest: non paranda nobis solum ea, sed fruenda etiam sapientia est. siue hoc difficile est: tamen nec modus est ullus investigandi veri, nisi inuenieris: & quaerendi desatigatio turpis est, cum id, quod quaeritur, sit pulcherrimum. Etenim si delectamur, cum scribimus: quis est tam invidus, qui ab eo nos abducatur? sin laboramus: quis est qui aliena modum statuat industria? Nam, ut Terentianus Chremes non inhumanus, qui novum vicinum non vult:

Fidere, aut arare, aut aliquid ferre denique.

non enim illum ab industria, sed ab illiberali labore deterret: sic isti curiosi, quos offendit nosser minime nobis in iucundus labor. His igitur est difficillius satisfacere, qui se Latina scripta dicunt contemnere, in quibus hoc pri-

um est, in quo admirer: cur in gravissimis rebus non delectet eos patrius sermo, cum idem fabellas Latinas, ad verbum de Graecis expressas, non inuiti legunt. Quis enim tam inimicus patrie nomini Romano est, qui Ennii Medeam, aut Antiopeam Pacuvii spernat, aut Iteiat? qui se iisdem Euripidis fabulis delectari dicat, & Latinas litteras oderit? Syn ephobos ego, inquit, potius Caecilii, aut Andriam Terentii, quam utramque Menandri legam? A quibus tantum dissentio, ut, cum Sophocles vel optime scripserit Electram, tamen male conueriam Attili mihi legendam putem, de quo Licinius, & ferreum scriptorem: verum opinor: scriptorem tamen ut legendus sit, rudem enim esse omnino in nostris poetis, aut insipidissimam sequentia est, aut fastidiosa delicatissimi mihi quidem nulli laus eruditi videntur, quibus nostra ignota sunt: 5 At,

Vitam ne in memore.

nihil minus legimus, quam hoc idem Graecum, quae autem de bene, beateque viuendo à Platone disputata sunt, haec explicari non placebit Latine? Quod si nos non interpretum fungimur munere, sed tuemur ea, quae dicta sunt ab iis quos probamus, eisque nostrum iudicium, & nostrum scribendi ordinem adiungimus, quid habent, cur Graeca anteponant iis, quae & splendide & dicta sunt, neque sint conueria de Graecis? 7 Nam si dicerent, ab illis has res esse tractatas: ne i, los quidem Graecos est cur tam multos legant, quam legendi sunt. quid enim est à Chryssippo praetermissum in Stoicis? legimus tamen Diogenem, Antipatrum, Mnesarchum, Panatium, multos alios, in primisque familiarem nostrum Posidonium. 8 Quid Theophrastus? medio criterne delectat, cum tractat totos ab Aristotele ante tractatos? quid Epicurus? num desistunt de iisdem, de quibus & ab Epicuro scriptum est, & ab anti- quis, ad arbitrium suum scribere? Quod si Graeci leguntur à Graecis iisdem de rebus alia ratione compositi: quid est, cur nostri à nostris non legantur? Quamquam si plane si veterem Platonem, aut Aristotelem, ut veterunt nostri poetae fabulas: 9 male, credo, mereret de meis civibus, sed ad eorum cognitionem divina illa ingenia transferrem, sed id neque feci adhuc, nec mihi tamen, ne faciam, interdicitum puto. locos quidem quosdam, si videbitur, transferam, & maxime ab iis, quos modò nominavi, cum incidit, ut id aptè fieri possit: ut ab Homero Ennius,

Afra-

1. Non id tam reprehendunt. Misseret, ut in ista non reprehendunt. Pal. solum per amicum id. vulg. id via rerum: videtur vox illa constantiosa, super vacua

2. Quae sentiam missum. Sic Pal. o representat. vique Vict. communis lectio quaedam sentiam admittit. omni no improba verimur altera scriptura nata fuer. à veter. ratione orthographiae amissum. fiat tamen pro nostra Turn. lxxxv. c. 2

3. Latina litterae adierit. Gul. delet dictionem litterarum subintelligitque fabulas.

4. Ferreum scriptorem. verum ut opinor scriptorem tamen ut, etc. Misseret ad me Daniel Henricus, Joseph Scalgerii brum, cui sua manu magnus ille vir adscripserat aliquot lectiones variantes codicis veteris: hec

verò habebat, verum ut opinor scriptorem tamen. neque displicet. ipse malebat ferreum scriptorem opinor, verum uter tamen.

5. At utinam ut in, etc. Pal. lex scripturam hanc tuentur. Mur. con- iocetac an utinam. ique mox etiam in duobus suis reperit Lamb.

6. Dilla sunt utique sua. Ita Pal. pr. sec. tert.

7. Nam si dicerent. Pal. pr. dicens quomodo edidit Lamb. mox quaeq. Pal. omnes. seruant has res, non ut editio Vict. moueret.

8. Quid Theophrastus? Sic solus Pal. ter. ceteri quinque Theophrastum. & veterum puto.

9. Male credo mereret de meis civibus. Scaliger postea habet ad orami libri suis non male credit, dignumque est quod excutatur.

Africanus i Menandro solet. nec vero ut noster Lucilius, recusabo, quo minus omnes mea legant, i Utinam esset ille Petrus: Scipio vero, & Rutilius multo etiam magis: quorum ille iudicium reformidans, Tarentinis ait se & Consuetudinis & Siculis scribere. Facetis is quidem, sicut alius: sed nec tam docti tunc erant, ad quorum iudicium elaboraret, & sunt illius scripta leviora, ut *urbanitas summa* appareat, *delicta mediocri*. Ego autem quem timeam lectorem, cum ad te, ne Græcis quidem cedentem in philosophia, audeam scribere? Quamquam à te ipso id quidem facio, provocatus gratissimo mihi libro, quem ad me de *VIRIUS* misisti. Sed ex eo credo, quibusdam ufu venire, ut abhorreant à Latinis, quod inciderint in inculta quædam, & horrida, de malis Græcis Latinè scripta deterius, quibus ego assentior, dummodo à se de iisdem rebus ne Græcos quidem legendos putent. *RES VIRIUS* bonas verbis selectis, graviter, & ornateque dictas, quis non legat? nisi qui se plane Græcum dici velit: 4 ut à Scævola est prætor salutatus Athenis Albius. 5 quem quidem locum cum multa venustate, & omni sale idem Lucilius: apud quem præclare Scævola,

Græcum te, Albius, quam Romanum, atque Sabinum, Municipem 6 Pontii, Tritami, centurionem, Prætorum hominum, ac primorum, signiferumque, Maluisti dicere. Græce ergo prætor Athenis. Id quod maluisti, te, cum ad me accedi, saluto.

Xenon, inquam, Tite: lectores, turba omni, cohortisque, 7 Xenon Tite, hinc hostis mi Albius, hinc inimicus.

sed iure Mucius. Ego autem mirari non queo, unde hoc sit tam insolens domesticarum rerum fastidium, non est omnino hic docendi locus: sed ita sentio, & sæpè disserui, Latinam linguam non modo non inopem, ut vulgo putarent, sed locupletiore etiam esse, quam Græcam. Quando enim s vel nobis dicam, autoribus bonis, aut poetis, postea quidem quam fuit quem imitarentur, ullus orationis vel copiosæ, vel elegantis ornatus defuit? Ego vero, cum forensibus operis, laboribus, periculis, non deservisse mihi videor *crassidum*, in quo à populo Romano locutus sum: debeo profecto, quantumcumque possim, in eo quoque laborare, ut sint opera, studio, labore meo doctiores cives mei, nec tu n illis tantopere pugnare, qui Græca legere malint: modo legant illa ipsa, nec simulent: & iis servire, qui vel utrisque litteris uti velint, vel, si duas habent, illis non magnopere desiderent. Qui autem alia malunt scribi à nobis, æqui esse debent, quod & scripta multa sunt: sic ut plura nemini è nostris, & scribentur fortasse plura, si vita suppetet: & tamen qui diligenter hæc, quæ de philosophi litteris mandamus, legere assueverit, iudicabit *nulla ad legendum hu esse posteriora*. Quid est enim in vita tan opere querendum, quam cum omnia in philosophia, tum id, quod his libris queritur, quid sit finis, quid extremum, quid ultimum, quod sint omnia bene vivendi, recteque faciendi consilia referenda? quid sequatur natura, ut summum ex rebus expetendis? quid fu-

giat, ut extremum malorum? qua de re ehm se inter doctissimos magna discussio, quis alienum putet ejus esse dignitatis, quam mihi quisque tribuit, quod in omni munere vix optimum, & verissimum sit, exquirere? An parturiant illa sine in fructu habendus, disseretur inter principes civitatis, P. Scævola, M. Manilius? ab hisque M. Brutus dissentiet, quod & acutum genus est, & ad usus civium non inutile: nosque ea scripta, reliquaque ejusdem generis & legitimus libenter, & legemus: hæc, quæ vitam continent omnem, negliguntur? nam, ut sint illa vendibiliora, hæc uberiora certe sunt. quamquam id quidem licebit iis existimare, qui legerint. Nos autem hanc omnem quaestionem de finibus bonorum & malorum, serè à nobis explicatam esse iis litteris arbitramur, in quibus, quantum potuimus, non modo quid nobis probaretur, sed etiam quid à singulis 9 philosophiæ disciplinis diceretur, persecuti sumus. Ut autem à *facillimis ordinatur*, prima veniat in medium Epicuri ratio, quæ plerisque notissima est: quam à nobis sic intelligere expositam, ut ab ipsis qui eam disciplinam probant, non soleat accuratius explicari, verum enim invenire volumus, non tamquam adversarium aliquem convincere. (b) Accurate autem quondam à L. Torquato, homine omni doctrina erudito, defensa est Epicuri sententia de voluptate: à meque ei responsum, cum C. Triarius, in primis gravis, & doctus adolescens, ei disputationi interesset. nam cum ad me in Cumanum salutandi causa uterque venisset, pauca primò inter nos de litteris, quarum summum erat in utroque studium: deinde Torquatus: Quoniam nacti res, inquit, sumus aliquando otiosum, certe audiam, quid sit, quod io Epicurum nostrum, non tu quidem edoris, ut serè faciunt, qui ab eo dissentiant, sed certe non probes eum, quem ego arbitror unum vidisse verum, maximisque erroribus hominum animos liberavisse, & omnia tradidisse, quæ pertinerent ad bene beateque vivendum: sed existimo, te, sicut nostrum Triarium, i i minus ab eo delectari, quod iita Platonis, Aristotelis, Theophrasti orationis ornamentis neglexerit. nam illic quidem adduci vix possum, ut ea, quæ senserit ille, tibi non vera videantur. (c) Vide quantum, inquam, fallare, Torquate, oratio me istius philosophi non offendit. nam & complectitur verbis, quod vult: & dicit planè, quod intelligam: & tamen à philosopho, si afferat eloquentiam, non aspernar: si non habeat, non admodum flagitem. id mihi non æquè satisfacit, & quidem locis pluribus, sed *quod homines tot sententias, falli igitur possumus.* (d) Quam obrem tandem, inquit, non satisfacit? te enim iudicem æquum puto: modo, quæ dicat ille, bene noris. 12 Nisi mihi Phædrum, inquam, mentiam, aut Zenonem putas (quorum utrumque audi vi, cum mihi nihil sanè præter sedulitatem probarem) 13 omnes mihi Epicuri sententia fati nota sunt. atque eos, quos nominavi, cum Attico nostro frequenter audi vi: cum miraretur ille quidem utramque, Phædrum etiam amaret: quotidieque inter nos ea, quæ audiebamus, conferebamur: neque erat utrumquam

CON-

1. *Menandro solet.* Vox solet, non est in veteri libro quem confudit Scaliger.
 2. *Utinam esset ille Petrus.* Revocavi dictionem esse argenti dicit Palli & Tosano, quem excussit Gol neque secus editio Aldi Man. avi. ceterum Pal pr habuit à manu prima, ihi.
 3. *Ornatissime dicitur.* Lamb. dicitur, sed in vitis, ut ipsemet fateatur, libris. Gol annotarat, legendum *trallia*.
 4. *Ut à Scævola est prætor salutatus Athenis.* Omnino legendum prætor, quod & monuit in Fastis suis ad annum urbis D CXXII. Pighius noster. Scaliger annotavit non comparere in antiquo Nilo dictionem Athenis.
 5. *Quem quidem legam.* Scaliger nostri m f. quem.
 6. *Pontii, Tritami, etc.* Sic serè nostra exemplaria omnia isem Turnebi, vulgati, Panti, T. m. Anni.
 7. *Xenon Tite, hinc hostis mi Albius.* Ita editio Camerarii, proximo m. nostris. nam V. c. Xenon hinc hostis mihi Albius, exclusio

Tite, quod in omnibus membranis. Pigh. legebat Xenon Tite hinc hostis mihi Albius, est inimicus. Scaliger videtur omend esse Xenon Tite amicus Xenon Tite. Hinc inimicus sed iure dicitur.
 8. *Vel nobis dicam.* Lamb. nobis dicam. contra sex m. Pall. in quibus hæret alterum, omnesque eod. imò & auctoris mentem: quæ magis pareret, si hæc horum verborum includeret, ut parenthesi.
 9. *Philosophiæ disciplinæ.* Scaliger ad oram libri adlevit disciplinæ.
 10. *Epicurum nostrum non.* etc. Pal. præ amplius habet in istis, vel simile quid. nam syllaba postrema virgula est incubans litteræ.
 11. *Minus ab eo delectari.* Coactus sum recipere hanc scripturam, ob sex Pal concordiam, vulgata alioquin: nihilo peius, ut dicitur in 11.
 12. *Nisi mihi Phædrum inquam.* Est à Pal. noxæ melioris tribus. tres enim reliqui. Hic mihi Phædrum inquam. quomodo & Camerarii editio: nam Ald. vetus: hic nisi mihi. V. c. Nisi mihi Phædrum.
 13. *Omnes mihi Epicuri sententia.* etc. Scal libri margo, omnes enim Ep.

controversia, quid ego intelligerem, sed quid probarem. (1) Quid igitur est? audire enim cupio, quid non probes. (2) Principio, inquam, in Phisicis, quibus maxime gloriatur, primum totus est atomus. Democrito scilicet, per pauca mutans, sed ita, ut ea, quae corrigere vult, mihi quidem depravare videatur. Ille atomos, quas appellat, id est, corpora individua, propter soliditatem cunctis in infinito inani, in quo nihil nec summum, nec infimum, nec medium, nec ultimum, nec extremum sit, ita fert, ut concursionibus inter se cohaereant, ex quo efficiantur ea, quae sint, quaque cernantur, omnia; eoque motuum atomorum nullo a principio, sed ex aeterno tempore intelligi convenire. Epicurus autem, in quibus sequitur Democritum, non ferre labitur, quamquam utriusque cum multa non probo, tamen illud in primis, quod cum *in rerum natura* duo quaerenda sint, unum, quae materia sit, ex qua quaeque res efficiatur: alterum, quae vis sit, quae quidque efficiat: de materia differunt; vim, & causam efficiendi reliquerunt, sed hoc commune vitium: illi Epicuri propria ruina. cense enim, eadem illa individua, & solida corpora ferri suo deorsum pondere ad lineam; hunc naturalem esse omnium corporum motum, deinde ibidem, *homo actus*, cum illud occurreret, si omnia deorsum e regione ferrentur, & ut dixi, ad lineam, nunquam fore, ut atomus altera alteram posset attingere: itaque atuliter commentitiam: declinare dixit atomum, per paululum: quo nihil posset fieri minus, ita effici completiones, & copulationes, & 3 adhaeritationes atomorum inter se: ex quo efficeretur mundus, omnesque partes mundi, quaeque in eo essent. quae cum res tota *sic sit puerilis*, tum ne efficiat quidem quod vult. nam & ipsa declinatio, ad libidinem fingitur (ait enim declinare atomum sine causa: quo nihil turpius phisico, quam fieri sine causa quidquam dicere) & illum motum naturalem omnium ponderum, ut ipse constituit, e regione inferiorem locum petentium, sine causa eripuit atomis: nec tamen id, cuius causa haec finxerat, assecutus est. nam si omnes atomi declinant, nulla unquam cohaerent; siye alia declinant, alia suo nutu recte ferentur: primum erit hoc quod si *provinciae* atomis dare, quae recte quae oblique ferantur: deinde eadem illa atomorum, in quo etiam Democritus haeret, turbulenta concursio hunc mundi ornatum efficere non poterit. ne illud quidem phisici, credere aliquid esse minimum, quod profecto nunquam putavisset, si a Polyano, familiae suae, & geometriam dicere maluisset, quam illam etiam ipsum dedocere. Sed Democrito magnum videtur, quippe homini erudito, in geometriam profecto, huic bipedale fortasse: tantum enim esse ceniet, quantus videtur, vel paulo aut majorem, aut minorem. Ita quae mutat, ea corrumpit; quae sequitur, sunt tota Democriti atomi, inane, imagines, quae idola nominant, quorum incurfione non solum videamus, sed etiam cogitemus; in infinito ipsa,

quam *antiqui* vocant, tota ab illo est: tum innumerabiles mundi qui & oriuntur, & intereant quotidie. quae enim mihi nullo modo probantur; tamen Democritum laudatum a ceteris, ab his qui *omnium scientia est*, & *multis* *in se* *ratum*. Jam in altera philosophiae parte, quae est quaerendi, ac differendi, quae *doctus* dicitur, iste velle, plane, ut mihi quidem videtur, inermis ac nudus est. tollit definitiones: nihil de dividendo, ac partiendo docet: non, quo modo efficiatur concludaturque ratio, tradit: non, quae vis capitiola solvantur, ambigua distinguantur, ostendit. iudicia verum in sensibus ponit; quibus si semel aliquid falsi pro vero probatum sit, sublatum esse omne iudicium veri, & falsi putat. (7 In tertia vero parte, quae est de vita, & moribus, in constitutione finis, nil generosum sapit, atque magnificentum.) Confirmat illud maxime, quod ipsa natura, ut ait ille, assecit, & reprobat, id est, voluptatem, & dolorem. ad haec & quae fugiamus, & quae sequamur, refert omnia. quos quamquam Aristippi est, a Cyrenaeique melius, liberiusque defenditur, tamen ejusmodi esse iudicio, ut nihil homine videatur indignius. ad majora enim quaedam nos natura genuit, & conformavit, ut mihi quidem videtur. ac fieri potest, ut etiam: sed ita profus existimo, neque eum Torquatum, qui hoc primum cognomen invenit; aut torquent illum hosti detraxisse, ut aliquam ex eo perciperet corpore voluptatem, aut cum Latinis testis consulari conflixisset apud Velerium propter voluptatem. Quod vero fecerit filium percussit, privasse se etiam videtur multis voluptatibus, cum ipsi *natura patriaeque amor praestaret majestatis*, atque imperii. Quid? L. Torquatus is, qui consul cum Cn. Octavio fuit, cum illam severitatem in consilio adhibuit, quem in adoptionem D. Silano emancipaverat, ut eum, Macedonum legatis accusantibus, quod *peruenias praetorem in provincia copissa arguerent*, causa in apud de dicere juberet; teque ex utraque parte audita, pronuntiaret, *9 RUM NON TALEM VIDERI TUISSE IN IMPERIO, QUALES RUS MAJORES FUISSENT: & in conspectum suum venire veluit: numquid videtur tibi de voluptatibus suis cognovisse? Sed ut omittam pericula, labores, dolorem etiam, quem OPTIMUS QUISQUE pro patria, & pro suis suscipit ut non modo nullam caperet, sed etiam praetercat omnes voluptates; dolores denique quosvis suscipere malit, quam deserere ullam officii partem: ad ea, quae hoc non minus declarant, sed videntur leviora, veniamus. 10 Quid tibi, Torquate? quid huic Triario litera, quid historiae, cognitioque; rerum, quid poetarum evolutio, quid tanta tot versuum memoria voluptatis affectu? Nec mihi illud dixeris: *Hac enim ipsa mihi sunt voluptati, & erant illa Torquatis*. Numquam haec ita defendit Epicurus; ita neque verum, Triari aut quisquam eorum, qui aut scaperet aliquid, aut ista didicisset. Et, quod quaeritur saepe, *cur tam multi sunt Epicures*, sunt alia quoque causa, sed multitudinem hoc maxime:*

alli-

1. In quo nihil res sumam. Ita rursus omnes sex Pal. vox nihil deest Aldioz editi omni veteri & Lamb. Vict. tam admittit sed adhuc quoque aliter bil. aq. quae in nullo tamen nostrorum.

2. Itaque utaliter est. Saip. cantur alii abundantius illud itaque alii mutant in ita. Verum cum reser. constanter in omnium membranis; eorum motus contraversiam supra quoque Pal. pr. habet, deus fu. d. regitur, quod non de nihilo expressum est in exemplari & antiquissimo & emendatissimo.

3. Et adhaerent. Hec est scriptura omnium Pal. sex. eandemque esse item codicum aliorum. annota vit Gul. Vulp. p. 102. adhaerent, ret. neque Lamb. sed non item indicat. cor. rejeceat alterum, quod reperi tamen in Pal. infim. & vetustiss. id quoque in d. gno, quem perperuo consulere.

4. Quam fieri sine causa quidquam dicere. Ita ferit omnes Pal. Man. putat emblemata esse supervacuum; idemque vult Lamb. a se verant non temperare in libris melioribus mihi seus videtur.

5. Geometriam dicere. Palat. quinq. Geometriam placet ob viderem eam paulo post repetitam.

6. Nihil de inopertum. Pal. pr. de inopertum, a mano prima.

7. [In tertia vero parte.] Vnicuique in clasi totam hanc periodum, quod noniam ejus litteram invenire in Pal. sed nec reperit in suis mss. Lamb. nec representavit Vict. in d. e Aldus quidem habet avus; contentus non esse locum asserit; & verò liquet ex cap. viii. nihil hujus dictum ab avatore.

8. *Asisae & reprobet.* Pall. omnes ad unum, *scisat*, praeter ea. Gul. habet *probat*.

9. *Sanam saltem videri fuisse.* Annotavit Gul. in suis fuisse, *scisat*, aut *scisat*, & primum quidem etiam est in Pall. quarto ac sexto. sed non est dubitandum de vulgata bonitate. videri enim vox merejudicialis.

10. *Quid tibi Torquatis? quid Triari.* Reduci lectionem praeferam Lamb. exterminatam qua suppositum: *Quid tibi Torquatis, huic Triari*, summa eam injuria Torquatis.

11. *Neque verum Triari.* Vox *Triari*, non est in Pal. ullo. Quattuor loco habet *Triari*. excat tamen in editione Petri Vict. Lamb. multum hic se vexat, quod non fecisset, consulis Vict. libris, quos etiam nescio an viderit Aldus Nepos. Mihi haec vox *Triari* abesse posse videtur, sicut a choris sententia, ut subintelligatur *Torquatis* quem alloquitur.

1. 1033

allicit, quod ita putat dici ab illo. *recta, & honesta qua sunt, ad facere ipsa per se laetantur, id est, voluptatem.* Homines optimi non intelligunt totam RATIONEM EVERTI, si ita reser habeat, nam si concederetur, etiam si ad corpus nihil referatur, ista sua sponte, & per se esse jucunda, per se esset & virtus, & cognitio rerum, quod minime ille vult, expetenda. Hæc igitur Epicuri non probo, inquam, de cetero, vellem equidem aut ipse doctrinis fuisset instructor (est enim, quod ita tibi videri necesse est, non satis politus iis artibus, quas qui tenent, eruditæ appellantur) aut ne deterruisset alios a studiis, quamquam te quidem video minimè esse deterritum. (b) Quæ cum dixissem, magis ut illum provocarem, quam ut ipse loquerer: tum Triarius leniter ardens, Tu quidem, inquit, totum Epicurum præne philosophorum choro sustulisti, quid ei reliquisti, nisi te quoquo modo loqueretur, intelligere, quid diceret? 2 aliena dicit in physicis, nec ea ipsa, quæ tibi probantur, si qua in his corrigere voluit, deteriora fecit, discendi autem nullam habuit, voluptatem cum summum bonum diceret, primum in eo ipse parum vidit: deinde hoc quoque alienum, nam ante Aristippus, & ille melius, addidisti ad extremum, etiam in doctum fuisse. (i) 5 Fieri, inquam, o Triari, nullo pacto potest, ut non dicas, quid non probes eus, à quo dissentias, quid enim me prohiberet, Epicureum esse, si probarem quæ ille diceret; cum præsertim illa perdiscere, ludus esset. Quamobrem DISSENTIANTUM inter se reprehensiones non sunt vituperandæ, maledicta, contumelia; 7 tum iracundiæ, contentiones, concertationesque in disputando pertinaces, indignæ mihi philosophia videri solent. (k) Tunc Torquatus, Prorsus, inquit, assentior, neque enim disputari sine reprehensione, nec cum iracundia, aut pertinacia rectè disputari posse. Sed ad hæc, nisi molestum est, habeo quæ velim. (l) At me, inquam, nisi te audire vellem, ceptes hæc dicturum fuisse? (m) Utrum igitur percurri omnem Epicuri disciplinam placet; an de una voluptate quæri, de qua omne certamen est? (n) Tu vero id quidem, inquam, arbitratu. (o) Sic faciam igitur, inquit: unam rem explicabo, eamque maximam, de physicis alias, & quidem tibi & declinationem istam atomorum, & magnitudinem solis probabo & Democriti errata, ab Epicuro reprehensa, & correctæ permulta, nunc dicam de voluptate, nihil scilicet novi, ea tamen, quæ te ipsum probaturum esse credidam. (p) Certe, inquam, pertinax non ero: tibi quæ si mihi probabu ea, quæ dices, libenter assentiar. (q) Probabo, inquit: modo ista sis æquitate, quam ostendis, sed ut oratione perpetua malo, quam interrogare, aut interrogari. (r) Ut placet, inquam. (s) Tunc dicere exorsus est. Primum igitur, in-

quit, sic agam, ut ipsi auctori hujus discipline placere consuetam, quid, & quale sit id, de quo quærimus; non quo ignorare vos arbitret: sed ut ratione, & via procedat oratio. Quærimus igitur, 8 quid sit extremum, quid ultimum bonum, quod omnium philosophorum sententia tale debet esse, ut ad id omnia referre oporteat: ipsum autem nunquam, hoc Epicurus in voluptate ponit: quod summum bonum esse vult, summumque malum, dolorem, idque instituit docere sic: OMNE ANIMARUM, simul atque natum sit, voluptatem appetere, eaque gaudere, ut summo bono: dolorem aspernari, ut summo malum, & quantum possit, à se repellere: idque facere nondum depravatum, ipsa natura incorrupte, atque integrè judicante, itaque negat opus esse ratione, neque disputatione, quam motrem voluptas expetenda, fugiendus dolor sit, sciri hoc putat, ut calere ignem, nivem esse albam, dulce mel: quorum nihil oporteret exquisitis rationibus confirmare: tantum satis esse admonere. Interfess enim inter argumentum, conclusionemque rationem: & inter mediocrem animadversionem, atque admonitionem: à altera, occulta quædam, & quasi involuta aperiri: altera, prompta & aperta judicari. etenim quoniam de rebus de homine sensibus, reliqui nihil est: necesse est, 9 quid aut ad naturam, aut contra sit, à natura ipsa 10 judicari. ea quid percipit, & quid judicat, quo aut petat, aut fugiat aliquid, præter voluptatem, & dolorem? Sunt autem quidam è nostris, qui hæc subtilius velint tradere, & negent satis esse, quid bonum sit, aut quid malum, sensu judicari: sed animo etiam, ac ratione intelligi posse, & voluptatem per se esse expetendam, & dolorem ipsum per se esse fugiendum. itaque ajunt hanc quasi naturalem, atque institam in animis nostris inesse notionem, ut alterum esse appetendum, alterum aspernandum sentiamus, Alii autem (quibus ego assentior) cum à philosophis compluribus permulta dicantur CUR NEC VOLUPTAS IN BONIS SIT NUMERANDA, NEC IN MALIS DOLOR, non existimant oportere nimium non causa confidere, sed & argumentandum, & accurate differendum, & rationibus conquisitis, de voluptate, & dolore disputandum putant. Sed ut perspicatis, unde omnis iste natus sit error, voluptatem accusantium, doloremque laudantium, totam rem aperiam: eaque ipsa, quæ ab illo inventore veritatis, & quasi architecto beata virz dicta sunt, explicabo. nemo enim ipsam voluptatem, quia voluptas sit, 11 aspernatur, aut odit, aut fugit: sed quia CONSQUUNTUR magni dolores eos, qui ratione voluptatem sequi nesciunt, neque porro quisquam est, qui dolorem ipsum, quia dolor sit, amet, confectetur, adipsi velit: sed quia nonnumquam eius MODI tempora includunt, ut labore, & dolore magnam aliquam querat voluptatem.

1. Nisi te quoquo modo loqueretur. Est à Pal primo, qui tamen prius fortè habuit quoque nam apparet litteram postremam esse manus recentioris. & sic etiam conjecerat ex Massæ libro Pauli, Man. in quo itidem fuerat illud quoque, vulg. amplius, nisi te quoque ut id modo loq.
 2. Aliena dicit in physicis. Sic Pal pr. recte. non dicit ut retro vulg. nam & deinceps præterito temper vitur.
 3. Si qua in his. Ita rursus idem Palatin neque abeunt reliqui, quam quod præponant adhuc, sed si qua, publicat hætenos, sed si qua in his.
 4. Ille melius add. disti. Hæc liquida est scriptura Pal primæ deo ac firmior jam sententia Turn. ac Lamb amb. qua prius neque satis certis tibi cibus suffulta, ce. en. n. s. pal. interferunt: ille melius. etenim quoniam de rebus de homine sensibus, add. disti. quomodo & omnes editis. nisi quod 1. quæ de rebus. Voces illæ expunctæ comparent infra, medio ferè capis non. Gul. tamen annotavit legendam, ille melius. esse in add. disti. vel etiam add. disti. sed n. h. l. ejus in membranis pal primis. Ita enim eas appello, ob bonitatem suam; non, ut ex præ aliis libris nomen feci, ob voluminis magnitudinem.
 5. Interfess, inquam, o Triari. Littera o non videtur in pal. pr. neque requiritur.
 6. Dissentiendum inter se reprehensionem. Hoc modo edidit Vici. neque ecedit pal. pr. ceter. differunt enim, quomodo aut quisque cusi & recentius.
 7. Tum iracundiæ, contentiones. Placuit Gul. annotatum ad Lamb. disti. ceter. id. v. n. d. e. t. e. n. t. i. n. e. r. q. u. i. a. v. o. x. i. r. a. c. u. n. d. i. e. m. o. x. r. e. p. e. t. e. r. e. t. a. r. n. o. s.

1. Nolumus quod mutare in vitis libris placetis.
 2. Quid sit extremum, quid ultimum bonum. Val. pr. extremum & ultimum quod mallem nisi hæc capis xxi. iterum occurreret, ad ultimum vel extremum.
 3. Quid aut ad naturam aut contra sit. Non ausus sum excludere lectionem Pal. etiam confirmata editione Vici sequentes maluerunt, aut secundum naturam, quod & in pall. reliquis; sed his, comitiis quasi sequioris quorum secund ac quart. habent sit, non sit.
 4. Inducari in quibus. Sic omnino pal. pr. neque abt. Vici impresio quam quod illa ea quid, quod etiam in pal. quatuor, sed quartas sit pro pr. Ed. tiones exolet ac auper natez gloriæ marginalem admittente in contextum, talis forma judicatur voluptatem etiam, & per se expetendam esse. Et dolorem ipsum per se esse fugiendum, etenim quid, & c. quæ voces cum pauli post conspiciantur in libris omnibus, hæc certè locum habere non debent, quamvis reperiantur in plur. bus mss. Itaque & Cameracensis habet pro subd. necis. quod tamen aliter: per quam debuit Lamb. tanquam si licet inferius potius collenda parasse, quam isto loco.
 5. Aspernatur, aut odians fugit. Valg. aspernatur, aut odians fugit sed contra omnes pall. quorum tert. quart. ext. habent quidem odians, sed non aspernatur, vel fugiat. Itaque non est actor et am. fuit Vici.
 I. Ege

luptatem. ut enim ad minima veniam, quis nostrum exercitacionem ullam corporis suscipit laboriosam, nisi ut aliquid ex ea commodi consequatur? quis autem vel eum jure reprehenderit, qui in ea voluptate velit esse, quam nihil molestiam consequatur, vel illum, qui dolorem eum fugiat, quo voluptas nulla patitur? At vero eos & accusamus, & justitiam dignissimos ducimus; qui blanditiis praesentium voluptatum delinunt, atque corrupti, quos dolores, & quas molestias excepturi sint, occidati cupiditate non provident, similique sunt in culpa, qui officia deserunt mollitia animi, id est, laborum & dolorum fuga, & harum quidem rerum facilis est, & expedita distinctio. nam libero tempore, cum soluta nobis est eligendi optio, cumque nihil impedit, quo minus id, quod maxime placeat, facere possimus, omnis voluptas assumenda est, omnis dolor repellendus temporibus autem quibusdam, & aut officibus debitis, aut rerum necessitatibus saepe eveniet, ut & voluptates repudiandae sint, & molestiae non recusandae. Itaque earum rerum hic tenetur a sapiente delectus, ut aut repudiandis voluptatibus majoribus aliis consequatur, aut perferendis doloribus asperiores repellat. Hanc ego cum teneam sententiam, quid est, cur verar, & ne ad eam non possim accommodare Torquatos nostros? quos tu paulo antea memoreris, tum etiam erga nos amicos, & benevole collegisti. nec me tamen laudanda & majoribus meis corruptisti, nec segniores ad respondendum reddidisti. quorum facta quemadmodum, quaero, interpretaris? Siccine eos censas aut in armatum hostem impetum fecisse, aut in liberos, aut in sanguinem suum tam crudeleis fuisse, & nihil ut de militatibus, nihil ut de commodis suis cogitarent? At id nefera quidem faciunt; & ut ita ruant, itaque turbent, ut, earum metus, & impetus, quo peggineant, non intelligamus, tu tam egregios viros tantas res gessisse sine causa? quae fuerit causa, mox video: interea hoc tenebo; si ob aliquam causam ista, quae sine dubio praecleara sunt, fecerint, virtutem his per se ipsam causam non fuisse. torquem detraxit hosti, & quidem se texit, ne interiret. At magnum periculum adiit, in oculis quidem exercitus. quid ex eo consecutus est? Laudem, & caritatem: quae sunt visa sine metu degenda, praesidia firmissima. Filium morte multavit: si sine causa, nollem me ab eo ortum, tam importuno, tamque crudeli. sin ut dolore suo fatis res militaris imperii duci; linam, exercitumque in gravissimo bello animadversionis meta contineat; facti prospexit civium, qua intelligebat contineri suam. Atque haec ratio late patet. in quo enim maxime conuevit iustitiae vestra se oratio, tua praesertim, qui studiose antiqua persequeris, claris & foetibus vitis commemorandis, eorumque factis non emolumento aliquo, sed ipsius honestatis decore, laudandis, id totum evertitur eo delectu rerum, quem modò dixi, constituto, ut aut voluptates omittantur, majorum voluptatum adipiscendae causa; aut dolores suscipiantur, majorum dolorum effugiendorum gratia. Sed de clarorum hominum factis illustribus, & gloriosis, satis hoc loco dictum sit. erit enim jam de o-

mnium virtutum cursu ad voluptatem proprius discedendi locus. nunc autem explicabo, voluptas ipsa, quae, qualisque sit, ut tollatur error omnis imperitorum: intelligaturque ea, quae voluptaria, delicata, molli: habeatur disciplina, quam gravis, quam continent, quam severa sit: non enim hanc solum sequimur, quae suavitatem aliquam naturam ipsam movet, & cum iucunditate quadam percipitur sensibus, sed & maximam illam voluptatem habemus, quae percipitur, omni dolore detracto. nam quoniam cum privata dolore, ipsa liberatione, & vacuitate omnis molestiae gaudemus, omne autem id, quo gaudemus, voluptas est, ut omnino, quo offendimus dolor: doloris omnis privatio recte nominata est voluptas. Ut enim cum cibo, & potione fames, sitisque depulsa est, ipsa detractio molestiae consecutionem affert voluptatis: sic in omni re doloris amotio iuculionem efficit voluptatis. itaque non placuit Epicuro, medium esse quiddam inter dolorem & voluptatem. illud enim ipsum, quod quibusdam medium videtur, & cum omni dolore caret, omni non modo voluptatem esse, verum etiam summam voluptatem, quisquis enim sentit, quaedam modum sit affectus, eum necesse est aut in voluptate esse, aut in dolore, omni autem privatione doloris putat Epicurus terminari summam voluptatem: ut postea videri voluptas, distinguere possit, augeri, amplificarique non possit. At etiam Athenis, ut a patre audiebam, faceret & urbanè Stoicos irridente, staturus est in Ceramico. Chryppi sedentis, porrecta manu: qua manus significet illum in hac esse rogatiuncula delectatum. Num quidnam manus tua sic affecta, quemadmodum affecta nunc est, desiderat? Nihil sane. At, si voluptas esset bonum, desideraret. Ita credo. Non est igitur voluptas bonum. Hoc me statum quidem dicuntur pater aiebat, si loqui posset. conclusum est enim contra Cyrenicos satis acutè: nihil ad Epicurum. nam si ea sola voluptas esset, quae qualitatibus sensus, ut ita dicam, & ad eos cum suavitatem afflueret, & illaberetur: nec manus esse contenta posset ulla vacuitate doloris sine iucunditate voluptatis. sin autem summa voluptas est, ut Epicuro placet, nihil dolere: primum tibi rectè, Chryppè, concessum est, nihil desiderare manum, cum ita esset affecta: secundum non rectè, si voluptas esset bonum, fuisse desideratam. idcirco enim non desideraret, quia, quod dolore caret, id in voluptate est. Extremum autem esse bonorum voluptatem, ex hoc facile percipi potest. constituamus aliquem magnis, multis, perpetuis fruentem, & animo, & corpore voluptatibus, nullo dolore, nec impediendo, nec impendente: quem tandem hoc statu praestabiliorem, aut magis expectandum possumus dicere? inesse enim necesse est in eo, 12: qui ita sit affectus, & affirmatam animi, nec mortem, nec dolorum timentis, quod mors sensu careat, dolor in longinquitate, levis: in gravitate, brevis: soleat esse urejus magnitudinem celeritas, diuturnitatem allevatione consoletur. Ad ea cum accedit, ut neque divitiarum inmensitate, nec praeteritas voluptates effluere patiatur, earumque

1. Effugiam nihil molestiam. Videt. quae, sed alterum visitur in omnibus Pall. aliorumque item scriptis.

2. Erant officia debitorum non necesse. Posterioribus edd. egerere primam voculam, quae in omnibus mss. Lamb. totum istud alienum putabat. non putat, mutato & in i. quod valeret, id est.

3. Ne ad eam non possim. Lamb. editio & Ald. veteri non excluderant, quod tamen admittit Videt. visiturque in Pall. omn.

4. Majoribus meis corruptisti. Pall. nostri omnes ad unum corruptisti; aut lectioni etiam suus est sensus, neque siquidem inceptus. sed heic plane non quadrat corruptio enim est labels clare. sic corrupti pariter. adnotatum Solig. nostro.

5. Ut nihil de nobis habeat. Pal. secliorum nihil habet. potest tamen locum suum tueri: neque mutanda vox, aliam in voluptatibus, ut Lamb. placuit.

6. Ut ita vult, itaque turbent. Ea est quoque consona lectio Pall. trum. nam tere si aequi trahitur. quinc. & sext. itaque turbentur, quomodo ed. Cam. et. nam Videt. itaque turbent. posterioribus, itaque turbentur.

7. Laudem ac caritatem. Ita ferè Pall. melioras, non claritatem, quod miror potuisse placere Bruto.

8. Maximam illam voluptatem habemus. Videtur habemus positum prodeunt, aut vox tota tolli poterat.

9. Cum omni dolore caret. Pall. omnes caret, quod & in Maximo invenitur. Pall. Manus conjiciebat, licet ultima detracta, abjectoque verbo primore, non dolore caret, quod ipsum statim Lam. t. xx. in t. ult.

10. Stoicos irridente. Tolani scriptus, item Pal. prim. tere ardentem.

11. Contra pisset ulla vacuitate. Gel. legendum patabat illa. Pal. nihil variant praeter primum, in quo est. pisset, nec ulla per vacuitate.

12. Qui ita sit affectus. Relegant. nihil ad delictum haurit.

numque assidua recordatione letetur: et quid est, quod
huc possit, quod melius sit, accedere? Statue contra a-
liquem confectum tantis animi, corporisque doloribus,
quanti in hominem maximi cadere possunt, nulla spe pro-
posita, fore et levius aliquando, nulla praetera nec presen-
ti, nec expectata voluptate: quid eo miserius dici, aut sin-
gi poterit? Quod si *vi*ra doloribus refecta, maxime fugi-
enda est: summum profecto malum est, vivere cum do-
lore. cui sententia consentaneum est, *ultimum esse bonorum*
eum voluptate vivere, nec enim habet nostra mens quid-
quam, ubi consistat, tamquam in extremo: omnesque &
metus, & agritudines ad dolorem referuntur: nec praeter-
ea est res ulla, a qua sua natura aut sollicitate possit, aut
angeret. Praetera de appetendi, de refugiendi & omnino
etiam gerendarum linita proficiuntur aut a voluptate,
aut a dolore. quod cum ita sit, perspicuum est omnem re-
ctas res, atque laudabiles, eo referri, ut cum voluptate *vi-
vunt*. quoniam autem id est vel summum bonum, vel ulti-
mum, vel extremum, quod Graeci *τέλος* nominant, quod
ipsum nullam ad aliam rem, ad id autem res referuntur
omnes: fatendum est, summum esse bonum iucun-
da vivere. Id qui in una virtute ponunt, & splendore
nominis capti, quid natura postulet, non intelligunt; er-
rore maximo, si pietum audire voluerint, liberabun-
tur. istis enim vestris eximia, pulchraque virtutes, nisi
voluptatem efficiant, quis eas aut laudabiles, aut expe-
tendas arbitraretur? Ut enim medicorum scientiam
non ipsius artis, sed bonae validudinis causa probamus: &
gubernatoris ars, quia bene navigandi rationem habet,
utilitate, non arte laudatur: sic sapientia, quae ars
vivendi putanda est, non expectetur, si nihil efficeret:
nunc expeditur, quod est tanquam artifex conquirenda,
& comparanda voluptatis. Quam autem dicam volu-
ptatem, iam videtis, ne invidia verbi labefactetur oratio
mea. nam cum ignorantiae rerum bonarum, & malorum maxi-
mè huiusmodi vicia videntur, ob eumque errorem & voluptati-
bus maximis saepe priventur, & pravissimis animi dolo-
ribus torqueantur, sapientia est adhibenda, quae & terro-
ribus cupiditibusque detractis, & omnium falsarum opi-
nionum temeritate decepta, certissimam se nobis ducem
praebet ad voluptatem. sapientia enim est una, quae
maximam pellat ex animis, quae nos exhorretete metu
non linat: quae praecipue, in tranquillitate vivi potest,
omnium cupiditatum ardore restincto. cupiditatis enim
sunt insatiabiles: quae non modo singulos homines, sed
universas familias eventant; totam etiam labefactant saepe
temp. Ex cupiditibus odia, discordia, discordiae, sedi-
tiones, bella nascuntur. nec haec sese foris solum iactant,
nec tantum in alios caeco impetu incidunt: sed intus
etiam in animis voluta inter se dissident, atque discordant.
ex quo vitam amarissimam necesse est effici: ut sapiens
solum, amputata, circum eisque inanitate omni, & erro-
re, naturae finibus contentus, sine agritudine possit, & sine
metu vivere. Quae est enim aut utilior, aut ad bene vi-
vendum aptior partitio, quam illa, quae est usus Epicu-
ri? qui unum genus posuit earum cupiditatum, quae es-
sent & naturales, & necessariae: alterum, quae naturales
essent, nec tamen necessariae: tertium, quae nec na-
turales nec necessariae: quarum ea ratio est, ut ne-

cessariae nec opera multa, nec impensa expiantur. natura-
les quidem multa desiderant, propterea quod ipsa natu-
ra dicitur, quibus contenta sit & parabilem & terminatum habeat.
inanimem autem cupiditatum nec modus ullus, nec finis inveniri po-
test. Quod si vitam omnem perturbari videmus errore,
& incientia: sapientiamque esse solum, quae nos a libi-
dinum impetu, & formidinum terrore vindicet, & ipsius
fortunae modice ferre doceat injurias, & omnes mon-
stret vias, quae ad quietem, & tranquillitatem ferant; quid
est, cur dubitemus dicere, & sapientiam propter volu-
ptatem expendam, & insipientiam propter molestias esse
fugiendam? Eademque ratione nec temperantiam qui-
dem propter se expendam esse dicemus, sed quia pacem
animis alterat, & eos quasi concordia quadam placet, ac-
leniat. Temperantia est enim, quae in rebus aut expeten-
dis, aut fugiendis, rationem ut sequamur, monet. nec
enim satis est iudicare, quid faciendum, non faciendum-
ve sit: sed stare etiam oportet in eo, quod sit iudicatum.
plerique autem, quod tenere, atque servare id, quod sta-
tuerunt, non possunt, victi & debilitati, obiecta specie volu-
ptatis, tradunt se sibi inibus constitutis, nec
quid eventum sit, provident, ob eamque causam pro-
pter voluptatem & parvam, & non necessariam, & quae vel
aliter pararetur, & quae etiam carere possent sine dolore,
tunc in morbos graevos, tum in damna, tum in dedecora incidunt:
sape etiam legum iudiciorumque parum obligantur. Qui autem
ita sibi volunt voluptatibus, ut nulli propter eas dolores
consequantur: & qui suum iudicium retinent, ne volu-
ptate victi faciant id, quod sentiunt non esse faciendum:
hi voluptatem maximam adipiscuntur, praetermittenda voluptate,
solum etiam dolorem saepe perpetiuntur, ne, si id non faci-
ant, incidant in majorem. Ex quo intelligitur, nec in-
temperantiam propter se fugiendam esse: temperantiam-
que expendam, non quia voluptates fugiat, sed quia ma-
iores consequatur. Eadem fortitudinis ratio repetitur.
nam neque laborum perfunctio, neque permissio dolo-
rum, per se ipsa allicit: nec patientia, & nec assiduitate,
nec vigilia, nec ea ipsa, quae laudatur, industria, ne forti-
tudo quidem: sed ipsa sequimur, ut sine cura, metuque vivamus;
animusque, & corpus, quantum efficere possimus, mole-
stia liberemus. Ut enim motu mens omnis quiete vitae
status perturbatur: & ut, succumbere doloribus, eosque
humili animo, imbecilloque ferre, miserum est; ob eam-
que debilitatem animi, multi parentes, multi amicos,
nonnulli patriam, plerique autem se ipsos penitus perdi-
derunt: sic robustus animus, & excessus, omni est liber cu-
ra, & angore, cum & mortem contemnit, quae qui affecti
sunt, in eadem causa sunt, quae antequam nati: & ad do-
lores ita paratus est, ut memnerit, *maximos morte finire,*
*parvos multa habere & intervalla requies, mediocrium vero esse do-
minos;* ut, si tolerabiles sint, feramus: sin minus, a quo a-
nimo è vita, cum ea non placeat, tanquam è theatro, ex-
eamus. Quibus rebus intelligitur, nec timiditatem, igna-
viamque vituperari, nec fortitudinem patientiamque
laudari suo nomine: sed illas rejici, quia dolorem pa-
riant: has optari, quia voluptatem. Justitia restat, ut de
omni virtute sit dictum, sed similia ferre dici possunt. ut e-
nim sapientiam, temperantiam, fortitudinem, copulatas esse
docui

1. Quid est quod hoc possit, quod melius sit, accedere? Sic duo Pall. sic-
cile Vict alii & bue, item accideri quod ultimum in nullo est Pall.
2. Levius aliquando, nulla praetera, &c. Vulg. praetera, sed contra om-
Pall. quosdam duo adhuc habent aliquando, primum illud coniecerat o-
lim Paull Man.
3. Quae sua natura aut sollicitate possit aut angeret. Est à Vict. cui proxi-
me alludunt Pall. quinque in quibus tangere, quod & in suo inventam
probat Scal. dicitur ut Lucretio, tangitur ita, vulgari tamen frangere,
quod La. obicitur, sed mutavit priora in quae sua se naturam aut sol-
licite, quae membratum. vix credo, ut a quoque angore curas meminit
noter infra cap. xv. circa finem
4. Liberabuntur, Commiga a lesto sibi. sed nostra est à mem-

branis Pall. & V. et.

5. Parvissimum animi delirium. Sic Pal. tere ac quine, nam pe. quart.

6. Et sunt moesti vias. Sic Pal. pr. & Scal. liber. ceteri dicitur, praeter

quae in quo verbum nullum est ejusmod.

7. Quid ex eo non sit, provident. Et hoc est à Pal. pr. ceteri providentiam,

quomodo vulg. Vrl. codex. pora. videntur.

8. Nec adhibentur. Publica. 120. f. dicitur. sed contra omnes Pall. editio-

tionemque Vict.

9. Intervalla requies. Adject. syllabam suavis omnium Pal. vulg. eam

quae ex excepta Vict. Possillum quidem. sed hoc tamen car. aliquid de-

trahamus auctori: quod ipse addidit voluit.

docui eum voluptate, ut ab ea nullo modo nec divelli, nec distrahi posset: sic de iustitia iudicandum est: quæ non modo nunquam nocet cuiquam, sed contra, semper alit aliquid tum vi sua, atque natura, quod tranquillet animos: cum spe, nihil earum rerum defuturum, quas natura non depravata desideret. quemadmodum temeritas, & libido, & ignavia semper animum excruciant, & semper sollicitant, turbulentiæque sunt; 3 sic *** cuius in mente confedit, hoc ipso quod abest, 4 turbulenta non potest fieri: & si verò molita quippiam est, quamvis occultè fecerit, numquam tamen confidet id fore semper occultum. Plerumque IMPROBORUM FACTA primò suspiso insequitur: deinde sermo, atque fama, tum accusator, 5 tum iudex: multi etiam, ut te consule, ipsi se indicaverunt. 6 Quod si qui fatis sibi contra hominum conscientiam sepi esse, & muniti videntur, deorum tamen numina horrent, easque ipsas sollicitudines, quibus eorum animi nocent, atque dies exceduntur, à diis immortalibus supplicis causa importari putant. Quæ autem tanta ex improbis factis ad minuendas vitæ molestias accessio fieri potest, quanta ad augendas, cum conscientia factorum, tum pota legum, odioque civium? Et tamen in quibusdam neque pecuniæ modus est, neque honoris, neque imperii, nec libidinum, nec epularum, nec reliquarum cupiditatum: quas nulla præda umquam improbè parva 7 minuit; potius inflammat: ut coercendi magis, quam dedocendi esse videantur. Invitat igitur vera ratio bene sanos ad iustitiam, æquitatem, fidem; neque homini infanti, atque impotenti iniuste facta conducunt: qui nec facile efficere possit, quod conetur, nec obtinere, si effecerit: & opes vel fortuna, vel ingenii, liberalitati magis conveniunt; qua qui utuntur, benivolentiam sibi conciliant, & quod arduissimum est ad quietè vivendum, caritatem; præsertim cum omnino nulla sit causa peccandi, quæ enim cupiditates à natura proficiuntur, facile expletur sine ulla injuria: quæ autem inanes sunt, his parendum non est, nihil enim desiderabile concupiscunt, & plusque in ipsa injuria detrimèti est, quam in iis rebus emolumentis, quæ pariter injuria itaq; bene iustitiæ quidè rectè dixit per se ipsam optabilem, sed quia jucunditatis vel plurimum afferat. nam diligere & carum esse jucundum est, propterea quia tutiorem vitam, & voluptatem efficit pleniorè, itaque non ob ea solum incommoda, quæ eveniunt improbis, fugiendam improbitatem putamus, sed multò etiam magis, quod cuius in animo versatur, nunquam sine eum respicere, nunquam acquiescere. Quod si ne ipsarum quidem virtutum laus, in qua maximè ceterorum philosophorum exfukat oratio, reperire potest exitum, nisi dirigatur ad vo-

luptatem, voluptas autem est sola, quæ nos vocet ad se, & allicitat suapte natura: non potest esse dubium, quin id sit summum, atque extremum bonorum omnium: beatèque vivere, nihil aliud sit, nisi cum voluptate vivere. Huic certè, stabilique sententiæ, quæ sint conjuncta, explicabo brevi. Nullus in ipsis error est finibus bonorum, & malorum, id est, in voluptate, aut in dolore: sed in his rebus peccant, cum, è quibus hæc efficiantur, ignorant. animi autem voluptates, & dolores nati fatemur è corporis voluptatibus, & doloribus. Itaque concedo quod modò dicebas: 9 cadere causâ, si qui è nostris aliter existimant: quos quidem video esse multos, sed imperitos. Quamquam autem & lætitiâ nobis voluptas animi, & molestiam dolor afferat: eorum tamen utrumque & ortum esse è corpore, & ad corpus referri: nec ob eam causam non multo majores esse & voluptates, & dolores animi, quam corporis. nam corpore nihil, nisi præsens, & quod adest, sentire possumus: animo autem, & præterita, & futura. ut enim aequè doleamus animo, cum corpore dolemus: fieri tamen permagna accessio potest, si aliquid æternum, & infinitum impendere malorum nobis opinemur quod idem licet transferre in voluptatem, ut ea major sit, si nihil tale metuamus. Jam illud quidem perspicuum est, maximam animi aut voluptatem, aut molestiam plus aut ad beatam, aut ad miseram vitam asserre momenti, quam eorum utrumvis, si æquè diu sit in corpore. non placet autem, detracta voluptate, ægritudinem statim consequi, nisi in voluptatis locum dolor forte successerit: at contra, gaudere nosmet omnittendis doloribus, etiam si voluptas ea, quæ sensum moveat, nulla successerit. eoque intelligi potest, quanta voluptas sit non dolere. Sed ut iis bonis erigimur, quæ expectamus: sic lætamur iis, quæ recordamur, stultitiam autem malorum memoria torquentur, sapientis bona præterita grata recordatione renovata delectant. est autem situm in nobis, ut & adversa quasi perpetua oblivione obruamus, & secunda jucundè ac suaviter meminerimus. Sed cum ea, quæ præterierunt, acri animo, & attentò intuemur, tunc sit, ut ægritudo sequatur; si illa mala sint; lætitia, si bona. O præclarum beatè vivendi, & apertam, & simplicem, & directam viam. cum enim certe nihil homini possit melius esse, quam vacare omni dolore, & molestia, perfruique maximis & animi, & corporis voluptatibus: videtisne, quam nihil prætermittatur, quod vitam adjuvet, quò facilius id, quod propositum est, summum bonum consequamur? clamat Epicurus is, quem vos nimis voluptatibus esse deditum dicitis NON POSSE JUCUNDE VIVI, NISI SAPIENTER, HONESTE, JUSTEQUE VIVATUR: NEC SAPIENTER, HONESTE, JUSTE, NISI

Yyy ju

1. Semper alit aliquid? Mff. serè alit quid; sicque quatuor è Pall. nam pt. & certè semper aliquid, sine illo est.
 2. Quæ natura depravata non desideret. Haud refugit quod invenerat in suo Fulv. Verè egoque in Pal. pr. & Scallig. Hactenus publicatus exulabat negativa non, & verò ita legendum, aut tollenda præterea dictio depravata, sed ne quid distullem, & periodos isthæc & sequentes omnino adulteratæ sunt quare & alterisco locum insignivi.
 3. Sic *** cuius in mente confedit. Malui indicare locum esse mancum quam ei addere aliquid de meo, ut fecit Paul. Man. interjecto, verbo impie; ut Lamb. addito insuper, & ex misajent: sed vix ego credulus illi: aur si sunt manuscripti, sunt certè interpolati neque tale quid reperiri in Pal. lex si liceret liberè proponere quod sentiam, dicerem locum sic bellè posse sanari de præterea: quemadmodum temeritas, & libido, & ignavia, si quis in mente confedit, sic ipse quod ad turbulenta ipsi verè voluta quippiam, quamvis occultè, nunquam tamen confidet in se semper occultum cetera omnia è margine recepta in textum videri queant.
 4. Turbulenta non potest fieri. Lamb. adiecit adhuc alteram negativam, non potest non fieri; sed præter libros calamo exortatos, certè Pal. è quibus pr. respicit prolixos tria illa verba, non potest fieri; turbantque sanè magis sententiam, quam faciunt.
 5. Tum iudex. Lamb. indices, & ita quoque Pal. pr. sed alterum profectò requirit ductus sententiæ. quamvis & pro altero sct Scal. adpictò ad

oram versa juvenalis: 70. Satyra x.
 Quibus indicibus qui teste probavit?
 6. Quod si qui facti sibi contra hominum conscientiam sepi, &c. Gratia sic Pal. pr. cujus auctoritate locum bellè redintegravi. ita enim is scriptum habet omnibus litteris, neque recedunt alii Pal. nisi quod sec. ac quart. habeant: Quod si qui facti cum hominum sibi contra conscientiam, aut tert. facti animi hominum sibi contra conscientiam, vulgabat prius: Quod si qui facti opibus hominum sibi contra conscientiam sepi esse & muniti videntur, Draym tamen herant. Victorius deinde interit de suo, Draym tamen nomen herens, quod postea plerique sunt secuz editiones. Malè. imposuit libris conscientia significatione minus frequentat: quæ tamen iterum vult libro 11 infra c. 9. ut hominum conscientia tenent, &c. Cent. es ita usurpat Tacitus, alii.
 7. Muniti magis inflammat. Nuncius sustuli vocelas aliquas ductu Pall. primi. Editi in hunc diem, muniti, sed angeli magis atque inflammat, quod quidem etiam restat in tert. ac sexte. verum arguuntur illi à quarto qui habet, muniti, sed amos potius atque inflammat magis, à sec. & quarto in quibus, muniti potius atque inflammat.
 8. Pluræque in ipsa injuria detrimèti est. Non displicet, imò perplacet, scriptura Pal. primi, pluræque in ipsa injuria detrimèti est.
 9. Cadere causâ. Pall. homines cadere causâ, vulgatur tæctæ Tern. libro xxv. c. 2. fine.

JUCUNDI, neque enim civitas in solitudine beata esse potest, nec in discordia dominorum domus: quo minus animus & se ipse diffidens, secumque discordans, gustare partem ullam liquidæ voluptatis, & liberæ potest. atqui pugnantibus & contrariis studiis, consiliisque semper utens, nihil quieti videre, nihil tranquillo potest. Quod si corporis gravioribus morbis vitæ jucunditas impeditur: quanto magis animi morbis impediti necesse est? animi autem morbi sunt cupiditates immodicæ, & inanes, divitiarum, gloria, dominationis, libidinosarum etiam voluptatum. accedunt ægritudines, molestiæ, moerores, qui animos exedunt, consociantque curis, hominum non intelligentium; nihil dolendum esse animo, quod sit à dolore corporis præsentis, futuræque seorsum. Nec verò quisquam stultus non horum morborum aliquo laborat. nemo igitur est non miser. Accedit etiam mors, quæ, quasi saxum Tantalos, semper impendit: tum *superstitio*, quæ qui est imbutus, quietus esse nunquam potest. Præterea bona præterita non meminerant, præsentibus non fruuntur, futura modò expectant: quæ quia certa esse non possunt, consociantur & angore, & metu; maximeque cruciantur, cum serò sentiunt, FLUS TRA SE aut petuniam studuisse, aut imperit, aut opibus, aut gloria, nullas enim consequantur voluptates, quarum potiendi spe inflammati, multos labores, magnosque susceperant. Ecce autem alii 2 minuti, & angusti, aut omnia semper desperantes, aut malevoli invidi, difficiles, lucifragi, maledici, 3 monstrofi: alii autem etiam a matoris levitatis dediti, alii petulantibus, 4 alii audeces, protervi, iidem intemperantes, & ignavi, nunquam in sententia permanentes. quas ob causas *in eorum vita nulla est intercapedo molesta*. Igitur NEQUE STULTORUM QUISQUAM BEATUS, NEQUE SAPIENTUM NON BEATUS. multoque hoc melius nos, veriusque, quam Stoici. Illi enim negant bonum quidquam esse, nisi nescio quam illam umbram, quod appellant *honestum*, non tam solido, quam splendido nomine: virtutem autem nixam hoc honesto, nullam requirere voluptatem, atque ad beatè vivendum seipsa esse contentam. Sed possunt hæc quadam ratione dici, non modò non repugnantibus, verum etiam approbantibus nobis, sic enim ab Epicuro SAPIENS, semper beatus inducitur. finitas habet cupiditates: negligit mortem; de diis immortalibus sine ullo metu vera sentit; non dubitat, si ita melius sit, migrare de vita. his rebus instructus semper est in voluptate, neque enim tempus est ullum, quo non plus habeat voluptatum, quam dolorem, nam & præterita grate meminit, & præsentibus ita potitur, ut animadvertat, quanta sint ea, quæque jucunda: neque pendet ex futura, sed expectat illa, fruuntur præsentibus: ab hisque vitiiis, quæ paulo ante collegi, abest plurimum: & cum stultorum vitam cum sua comparat, magna afficit voluptate. dolores autem, si qui incurunt, nunquam vim tantam habent, ut non plus habeat sapiens quod gaudeat, quam quod angatur. Optimè verò Epicurus, quod EXIGUAM dicit FORTUNAM INTERVENIRE SAPIENTII: maximasque ab eo, & gravissimas res consilio ipsius, & ratione administrari: neque majorem voluptatem ex infinito tempore ætatis percipi posse, quam ex hoc perci-

piatur, quod videamus esse finitum. in Dialecticis autem vestra nullam vim existimavit esse: nec ad meliùs vivendum, nec ad commodius differendum. 5 In physicis plurimum posuit. Et scientia, & verborum vis, & natura orationis, & consequentium, repugnantiumve ratio potest perspicere: omnium autem rerum natura cognita, leviamur superstitione, liberamur mortis metu, non conturbamur ignorantia rerum, de qua ipsa horribiles existunt sæpe formidines. denique etiam morati melius erimus, cum didicerimus, quæ natura desideret, tum verò, si stabilem scientiam rerum tenebimus, servata illa, (quæ quali *dela-psa de caelo* est ad cognitionem omnium) regula, ad quam omnia judicia rerum dirigerent, nunquam ullius oratione victi sententia desisteremus. Nisi autem rerum natura perspecta erit, nullo modo poterimus sensuum iudicium defendere. QUINQUID porro animo cernimus, id omne oritur à sensibus: qui si omnes veri erunt, ut Epicuri ratio docet: tum denique poterit aliquid cognosci, & percipi, quos qui tollant, & nihil posse percipi dicunt, ii, remouis sensibus, ne id ipsum quidem expedire possunt, quod differunt. Præterea, SUBLATA cognitione, & scientia, tollitur omnis ratio & vitæ degendæ, & rerum gerendarum, Sic & *Physicis*, & fortitudo sumitur evnata mortis timorem; & constantia contra metum religionis, & sedatio animi, omnium rerum occultatur ignorantia sublata, & moderatio, natura cupiditatum, generibusque earum explicatis; & (ut modo docui) cognitionis regula, & iudicio ab eadem illa constituto, veri à falso distinctio traditur. Restat locus huic disputationi vel maxime necessarius, de *amicitia*, quam, si voluptas summum sit bonum, affirmatis nullam omnino fore: de qua Epicurus quidem ita dicit: OMNIA RERUM, QUAS AD BEATè VIVENDUM SAPIENTIA COMPARAVERIT, NIHIL ESSE MAJUS AMICITIA, NIHIL LIBERUS, NIHIL JUCUNDIUS. neque verò hoc oratione solum, sed multo magis vitæ & factis, & moribus comprobavit. quod quam magnum sit, fide veterum *fabula* declarant; in quibus tam multis, tamque variis, ab ultima antiquitate repetitis, tria vix amicorum paria reperiantur, ut ad Orestem pervenias profectus à Theseo. At verò Epicurus una in domo, & ea quidem angusta, quam magnos, quantaque amoris conspiratione consentientis tenuit *amicorum greges*? quod sit etiam nunc ab Epicureis. Sed ad rem redeamus. 6 de omnibus dici non necesse est. Tribus igitur modis video esse à nostris de amicitia disputatum. Alii, cum eas voluptates, quæ ad amicos pertinerent, negant esse per se ipsas tam expectandas, quam nostras expectemus: quo loco videtur quibusdam stabilitas amicitie vacillare. teneant tamen eum locum, seque facili, ut mihi videtur, expediunt. ut enim virtutes, de quibus ante dictum est, sic amicitiam negant posse à voluptate discedere. nam cum *solitudo*, & *vita sine amicis, insularum*, & *metus plena* sit, ratio ipsa monet amicitias comparare: quibus partis confirmatur animus, & à spe parientiarum voluptatum seungi non potest. Atque ut ODIÀ, invidia, despicationes, adversantur voluptatibus: sic amicitie, 7 non modò faultrices fidelissimæ,

1. *Si ipse diffidens*. Vult, à seipsa diffidens ipse, sed nostra scriptura tuetur se libris exolevis & editione V. C.
2. *Minuti & angusti*, aut omnia semper. Placere omnibus debet divitiatio Gulæ, angustii animi, omnia, &c.
3. *Monstrofi*. Sic & Pall aut verò *monstruosi*, itaque non accedo conjecturæ Lamb *moerosi*; quod hominum genus ægrem propositionem aliquam minus aptè claudit.
4. *Alii audeces, protervi, iidem*. Male hæc morat Lamb, nam verbo quod vulgè immo, non consilii aut ceteris antithesis.
5. *In physicis plurimum posuit*. Representat scripturam Pal. pr. à quo non recessit alio V. C. nisi quod interjecerit, *In physicis quidem plurimum posuit*, ut prores ea, & potestiores: *In physicis quidem cum plurimum posuit*, &c. quod & retinuit Lamb sed expressit & alteram lectionem contra manus scriptos licet neget. Idem quoque licentiosè trajecit plures voces; & petieram ex *antem fecit enim*: omnia contra Pal. nostros

editosque: & non necessario. Nam Torquat. heic reddi rationem cur plus impendit physicis Epicurus quam Dialecticis, atque utramque quasi in bilance examinat: ostenditque illam hærere circa verba & vocet: hanc verò penetrare rerum omnium naturam, &c. Valde hoc etiam loco inest in chæti. Bead partheni hinc ne c. 102, cuncta reddi integrare satagit. Magis laudo Aldam Næporem; qui dum tacet, non peccat.
6. *De omnibus dici non necesse est*. V. C. editio omisit nos, quod tamen in aliis cussitum in si. nostris. Impositi viro doctissimo librorum hallucinatio. legendum enim non *omnibus*, sed *hominibus*, quomodo dicitur Pal. ille nosse jure meritoque primus; quod & recipere debentur in contextum: sed nolui nimium tribuere testi unico præsertim in re solvan non omnibus æque clara.
7. *Non modò faultrices fidelissimæ*. Scaliger ad oram libri appinxit *frices*,
1. Cæ

mez, sed etiam efficitur sunt voluptatum tam amicis, quam sibi. quibus non solum presentibus fruuntur, sed etiam spe eriguntur consequentis, ac posteritatis temporis. Quod quia nullo modo sine amicitia firmam, & perpetuam iucunditatem vita tenere possumus, neque verò ipsam amicitiam rari, nisi æquè amicos, & nosmetipsos diligamus; idcirco & hoc ipsum efficitur in amicitia, & amicitia cum voluptate connectitur. nam & lætamur amicorum lætitiæ æquè, atque nostræ; & pariter dolemus angoribus. Quocirca eodem modo sapiens erit affectus erga amicum, quo in seipsum; quosque labores propter suam voluptatem susciperet, eosdem susciperet propter amici voluptatem: quæque de virtutibus dicta sunt, quemadmodum hæc semper voluptatibus inhaerent, eadem de amicitia dicenda sunt. præclare enim Epicurus his præter verbis: Eadem, inquit, scientia confirmavit animum, ne quod aut sempiternum, aut duratum timeret malum: qua persequitur, in hoc ipso vita spatium, amicitia profiduum esse firmisimum. Sunt autem quidam Epicurei timidiore paulo contra vestra conicia, sed tamen satis acuti, qui verentur, ne, si amicitiam propter nostram voluptatem expectandam putemus, tota amicitia quasi claudicare videatur: itaque primos congressus, & copulationesque & consuetudinum instituendarum voluntates fieri propter voluptatem; cum autem usus progrediam familiaritatem efficitur, tum amorem efflorescere tantum, ut, etiam si nulla sit utilitas ex amicitia, tamen ipsi amici propter se ipsos amentur. etenim si loca, si fana, si urbes, si gymnasia, si campum, si canes, si equos, & si ludicras exercendi, aut venandi consuetudines, adamare solemus: quanto id in hominum consuetudine & facilius fieri poterit, & iucius? Sunt autem qui dicunt foedus quoddam esse sapientum, ut ne minus quidam amicos, quam se ipsi diligant, quod & fieri posse intelligimus, & & sæpe id

videmus, & perspicuum est, nihil ad iucundè vivendum reperiri posse, quod conjunctione tali sit aptius. Quibus ex omnibus judicari potest, non modò non impediri rationem amicitiae, si summum bonum in voluptate ponatur, sed sine hoc institutionem omnino amicitiae non posse reperiri. Quapropter si ea, quæ dixi, sole ipso illustriora, & clariora sunt: si omnia dixi hausta è fonte natura: si tota oratio nostra omnem sibi fidem sensibus confirmat, id est, incorruptis, atque integris testibus: si infantes pueri, imitæ etiam bestiae, præter loquuntur, magistræ, ac duce natura, nihil esse prosperum, nisi voluptatem; nihil asperum, nisi dolorem; de quibus neque depravatè judicant, neque corruptè: nonne ei maximam gratiam habere debemus, & quæ hac exaudita quasi voce naturæ, sic eam & firmè, graviterque comprehenderit, ut omne bene sanos in viam placidæ, tranquillæ, quietæ, beatæ vitæ deduceret? qui quod sibi parum videtur eruditus, ea causa est, quod nullam eruditionem esse duxit, nisi qua bruta vite disciplinam iuvaret. An ille tempus aut in poetis evolendis, ut ego, & Triarius, & te hortatore, facimus, consumeret? in quibus nulla solida utilitas, omnisque puerilis est delectatio: aut se, ut Plato, in musicis, geometria, numeris, astris contereret? quæ & à falsissimis profecta, vera esse non possunt: & si essent vera, nihil afferrent, quod iucundius, id est, quo melius viveremus. eas ergo artis persequeremur, vivendi artem tantam, tamque opiferosam, & perinde fructuosam relinqueret? Non ergo Epicurus incredulus, sed ii indocti, quæ quæ pueros non didicisse suspexit, ea putent iucis ad sententiam esse dicenda. Quæ cum dixisset: explicavi, inquit, sententiam meam, & eo quidem consilio, tuum iudicium ut cognoscerem. quæ mihi facultas, ut id meo arbitratu facerem, ante hoc tempus numquam est data.

Yyy 2

M. TUL-

1. Copulationesque & consuetudinum instituendarum voluntates. Hoc tenus inter terminos sanos fuit locus iste, qui non bene profusus habet op. Pal. pr. mi. Vulg. qui dem, copulationesque, consuetudinum instituendarum amicitiam: neque aliter Vict. editio, nisi quod illa copulationesque in ista amicitiam; sed contra in nostris, in quibus, consuetudinum instituendarum voluptatem; quemadmodum & de suis ferè testatur Lamb. qui tamen inselicitè gratias ad medicinam.

2. Si ludicras exercendi, aut venandi consuetudines. Rursus est à Palat. nostro primo, cui & suffragatur verus codex Fulvii nostri Vrl. In hunc diem illepe lectum, si ludicras exercendi, aut venandi consuetudines, contra omnia exemplaria antiqua in quibus ludicras, & consuetudines.

3. Facilius fieri poterit. Interam interpositi, volentibus sex Palat. Communis lectio pariter minus apposita.

4. Et sæpe id videmus. Sic Vict. editio ac sequentes, verum Aldi veteris, & sæpe inim videmus; quod ipsum mordicus defendunt partim eandem litteris, partim notâ Pal. sex.

5. Qui hæc exaudita quasi voce naturæ. Reverti voculam hæc è Pal. pr. quæ etiam in Vict. editione. Ceteri nostri m. l. e. vicem habebant hæc.

6. Firmè graviterque comprehendit. Scil. nostro oræ sui libri adscripsit graviterque sic & Plaut. pro. re. grata.

7. Te hortatore facimus. Fecimus prius publicati, sed advertebantur te cohortem membratam nostram, etiam Scal. codico.